



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De Stylo Allegorico, & periphrastico. Capvt IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Tertul. de
pallio.
Iancarum imber cælum obtinxit, &
Larissaus Heros ille apud Rupcem, & sylvi-
colam, & monstorum eruditorem scrupas schola
eruditus.

De Stylo Allegorico, & periphrastico.

C A P U T I X.

Sed quoniam in huius auctoris mentionem
incidimus, eius, quem nunc discutimus styli,
exempla suppedebat. Floruit eo tempore,
quo illa insana metaphorarum, vel potius alle-
goriarum dulcedo cuncta peruerserat, & iam
Ferrum Ciceronis Tulliana dictio, vulgo dice-
batur, contrâ aurea putabantur frigida que-
que acumina, & allegoriae, quibus illi scripto-
res sua refererunt.

In quo profecto minor est error magni illi-
us, & felicis Ennodij, qui calentibus adhuc e-
ius, quam à magistris acceperat Rhetoricae
studii, ista scriptis, quam barbari, & squallen-
tis saceruli, cui aurum pro ferro, & ferrum pro
auro, in tam graibus eloquentia corrupte-
lis fuit. Sic igitur Ennodius ad Ioannem.

(Diu salum queris verbis in statione com-
positis, & incerta liquentis elementi placida
oratione describis, dum sermonum cymbam
inter loquela scopulos rector diligens firmas,
& cursum artificem fabricatus trutinator ex-
pendis; pelagus oculis meis, quod aquarum si-
mulbas, eloquij demonstrasti.)

(Deus bone, in quantos se vsus diues
lingua diffargin! Cum volerit saevis ut bestia,
currat ut fluvius, fluctuat ut profundum: & quâ-
cumque fucatis verborum imaginibus pingit
speciem, veri adstipulatione repræsentat. Ti-
mure te Scriptionem, quasi fronte teneri, insinua-
ras; dum declamationum pompam refuga lau-
dis depositum assertio, (& fit aura glorie, dum
pudori parcer se ostendit, peregrinam men-
titia formidinem.) Ago atque habeo gratias,
quod nobilia rudimenta facundiæ tuae, in
amicis quantum æstimas præconis conse-
crasti. Et licet non agnoscant mea esse, quæ lo-
queris: religionem tamen narrantis amplector,
diligentiam pectoris laudo, quam gratia per
sudum rutilantis luce dedicasti. Tibi faxista
prætenditur, quam in opinione mea blan-
dus elocutor accendis. Ego noctem conscientie
meæ, et si non fugio, noui tamen æstimare.

Expende singula, & accurate dispice, quid
sine allegoria? quid sine similitudine dictum

inuenire? 6 styli importunitatem! At dices, *Stylos* al-
pulchrae sunt Metaphoræ: sed & pulchro-
rum modus est. Melleæ sunt? & mellis suau-
tas affert satietatem. Gemmeæ sunt? distingue-
ant igitur opus, non obtuant. Ad orationis de-
ficitas, non ad communem quotidiani sermo-
nis usum inuenta sunt metaphoræ, quas si v-
bique velis intrudere, styli monstrorum corpus
facias necesse est. Venustissima quidem est
ars picturae, quæ expressis rerum imaginibus
opulentas æmulatur naturæ dores, nemo ta-
men adeo demens est inuentus, qui naturæ
opera de medio tollenda esse conferret, quod eo-
rumdem picturæ, usque perelegantibus ex-
pressa simulachra intrueri licet. Si quidem ma-
nufactorum decor breui admodum voluptatis
delinimento paucis sensus. Naturæ dona diuti-
us, & solidius oblectant. Quod licet quidem *Præclarus*
animaduertere in ijs, qui picti ruris similitudi-
discrimen *inter na-*
tes facta.

Primo quidem aspectu, quasi totam hau-
ant oculis voluptatem afficiuntur quam suau-
tissime. Paulatim vero diu occupatis eadem
imagine sensibus iucunditatis gratia conse-
nescit. At quæ naturalia sunt, & magna, ut
Maris expecta facies, gelidorum fontium
lapsus, tubaræ nemorum, montiumque vesti-
tus viridissimi, nouo semper voluptatis au-
cupio suos recitant amatores. Haud quidem
diffimile est, quod in hac stylimateria enie-
nire solet: Nam illa sermonum picturata (ut
appellant) diademata sua crebritate f. studio-
sa, aures placidam obriunt. Verba vero propria
accuratae orationis dulcibus illigata numeris,
si non acriori, diuturniori tamen, & que viliori
delectatione sensu iacent audiorum.

Qui fit igitur ut multi hoc loquendi gene-
re capiantur? quia suo illitam voluptatem so-
lidæ iucunditati anteponunt. Iuuat enim ista
audire blandius infracta.

(Dum fauos loquaris, & per domos certeas
eloquentia neccare liquentis elementi melia
componis, peregrinum labijs meis saporem e. 9-6-1.
puli diutius infidisti.

Et in Panegyrico Theodorici.

(Et adhuc in cano flore degbas adolescen-
tie, nec virtutum messen laetetus ante expri-
mentum culmus attulerat. Adhuc blanda crat
imago pubescentis, nec tingens faciem lanugo
vestiebat: quando autem purpura, & flosculus fu-
peruenientis imperij promittebat sollicitis, de
gratia commutatione terrorim. Cum in

K per-

Allegoriarū
dulcedo
imponit
auribus.
Ennod. ep.